

defectū, vt puta quia stipulator vel pmissor est surdus, vel mutus adeò vt loqui, vel audire nō possit. l. j. in prin. infra co.

Aliquādo & secūdo est inutilis ob defectū causæ formalis vt cū interrogatio responsionem non præcessit, vel quia inter absentes, aut ex interuallo respōsum fuit. d. l. j. in prin. in §. j. & ij. cum sim. Tertio inutilis est stipulatio ob causæ materialis defectū: vt quia in ea aliquid turpe vel impossibile est deductam. l. generaliter, & l. seq. infra co. & institu. de inutil. stip. in prin. Postremò deniq; inutilis est stipulatio, ob causæ finalis vitiū: vt puta quia pmitto tibi decē, vt homicidium ppetres. l. si plagij. infra co. Sed quæret aliquis iunior, quænam est differētia inter hūc, & præcedētē, hoc est quartū, & tertiū modū? Respondeo in tertio, stipulatio per se, & (vt sic dicā) principaliter, turpitudinem cōtinet, nēpe adulterij, aut homicidij perpetrationē. d. l. generaliter. At in quarto modo, pmissio de dandis decē, vt homicidiū fiat, nō est omnino & de se turpis, quia promittere decē, licitū est, licet causa finalis, cuius gratia fit pmissio, sit turpis. Hinc fit vt Cy. & quidā alij (quos Bart. & Ias. referūt in d. l. generaliter) sustinuerint, & affirmauerint, tertio illo modo, & vicio, stipulationē esse ipso iure nullā: cū tametsi quarto vicio laboret, valeat quidē ipso iure, at aduersus eā obstat, opponaturq; exceptio. Disputantur in hac rubr. ab interpretibus nostris nonnullæ etiam aliæ quæstiones, quas aut tāquam inutiles, aut tanquam impertinentes, & congruētioni loco tractandas, nunc consultò omitto. Soli Deo honos, & gloria. 1553. Calendis octobris.

Lugduni,
Excudebat Mathias Bonhomme.